

**S**ermo habitus Rome in basilica principis aploz  
per Reuerendum piem dñm Guillermmum de Pere/  
rijs Auditozē aplicum sup electione futuri pōtifficis.  
Anno Mcccclxxiij die Jouis .xxvj. Augusti.

**Q**uoniam miseranda ecclie Romane calamitate: et infinita  
xpiane religionis pericula: Reuerendissimi pies-cūctoruz  
fidelium corda cognoscunt: Eo magis vobis anitreduz:  
ac summopere laborandū est: ut puris mētibus: ac recto iudicio  
dignus eligatur antistes. Nā et si vniuersi sancte matris ecclie fi/  
lij: maternis necessitatib⁹ occurrere debeāt: vos tñ precipue: qui  
gradū excelsum in eius gremio tenetis: constanter ac celeriter de  
optimo sibi debetis puidere pastore. In cūctis nāq; dei sacerdoti/  
bus eligendis: curā semp oportet esse conspicuam: Ad summū tñ  
pōtifficatum talis ac tantus hac p̄cipue necessitatis tempestate. p  
uehendus est: Cui tuto periclitantis ecclie gubernacula cōmittā  
tur. Nā vbi seua orta tempestat: ac turbato mari rapitur v̄eto  
navis: magno gubernatore ac peritissimo opus est. Non tranquil  
lo certe mari nauigamus: sed multis aduersitatum procellis sub/  
mersi pene sumus. Idcirco magis euigilandum est. In domo dñi  
i sancta ecclia nihil corruptum: nihil p̄posterum esse debet: Sed  
attente p̄spicledum est: vt in electione illius qui sup omnes gra  
dus p̄stituitur: nullatenus erretur. Nā affirmāte beato Leone.  
Totius familie dñi status et ordo mutabit: si quod requiritur in  
corpore: nō inueniat in capite. Pensandū est itaq; diligēter: ac pia  
cogitatione mētibus vestris reuoluēdum est: quantū ecclie ac vni  
uerse xpiane religioni detrimentū sit: parum bonū: aut inutile:  
vel aliter q̄ decet habere pastore. In Romano pōtiffice magna exi  
gunt merita cū vita: Quia dum honor vicia remunerat: omnis p  
uertit ecclie maiestas. Sit enim beatus Leo: Principatus: quem  
aut seditio extorsit: aut ambitus occupauerit: etiam si moribus at  
q; actibus nō offenderit: ip̄ius tñ initij sui p̄niciosus est exēplo.  
Et difficile est: vt bono peragantur exitu: que malo sunt inchoata

Leo

100. a. in prim. 2. p.

principio. Vulnerato pastore ut beatus Gregorius inquit quis curandis ouibus adhibebit medicinam? Aut quomodo populū ozo nis clipeo tuebitur: qui iaculis hostiū sese ferendum exponit? Aut qualem de se fructum p̄ducturus est: cuius graui peste radix inficitur? Maior ergo tunc est metuenda calamitas: vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur: Qui dei magis iracundiam in se puocent: quā per semetipsos placare debuerant. Imminet enim militantis ecclie ruinam p̄templari debetis. Diuturna Theucorum rabies religionem n̄ram continua persecutione deuastat. Et singularis ferus depascit eccliam. Hostilibus gladijs xp̄ianus sanguis effunditur. Augentur morbi: Et medicina nulla paratur. Ecclia que olim inter omnes orbis nationes gloriofissima fuit: Nūc igitur nomina plena est: Et inter hostiles incurfus humiliata p̄culcat. Facta est vidua non habens consolatozem: xp̄ianorum principum videtur esse destituta p̄sidijs: Sacerdotum denudata consilio: Viciozum insurgentium sordibus p̄taminata: Ab adiutore deo dicitur esse deserta. Et que virtutū claritate: et sanctorū suffragijs redundare p̄flueuerat: Nūc squalida sedet inter malorum angustias. Et p̄cellis magis ac magis intumescitibus: sagna summi piscatoris. pene cogit in naufragij profunda submergi. Et vere Romana ecclia princeps olim prouinciarum facta est sub tributo peccatorum. Nam lapcis pariter et hostibus: p̄pter demerita facinorum nostrorum aduersus nos insurgentibus: sacerdotium sub misera bili quadā seruitute redactū est. Et multi seculariū hominū: cum plus vitam sacerdotū: quā suam discutiunt: In magnū diuinorum sacramentorum contemptum incurrunt: Et libertatem ecclie penitus abolere moluntur. Nec omnia in p̄sidentium culpā atq; desidia rectorquent. Omnes que sua sunt querunt: Et nemo que Ihesu xp̄i. Et cum nullus se opponat murum et ante murale pro domo dñi: omnis ecclie libertas eneruat: Et ecclia dei rursus peccatis n̄ris exigentibus captiua reducit in Babilonem. Omnes amici eius spreuerunt eam: Et propter ministrorum defectum ab internis et externis oppressa conculcatur. Omnes porte eius ac veri sensus

vagi et dissipati sunt: Et mors intrat per eas: Dum per malant p̄sidentium vitam: inferiorū corda vulnerantur. Unde inquit: beatus Gregorius. Scire prelati debent: quia si p̄uersa vnq; perpetrants: tot mortibus digni sunt: quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Litterarum scientia ab omni fere sacerdotio reijcitur: Et ideo squalet fidelium caritas: Et gemit regale sacerdotium: dum pro virtutibus. replemur amaritudinibus viciozum. Nec ab hijs angustijs eripitur. Quoniam aurum eius optimū obscuratum est: Et inter infinitas seculi vanitates color sanctitatis euauit: Subsequentibusq; iniquitatū tenebris: iusticie lumen extinctum est. Et dum xp̄ianitas intra se. populorum et hominum furore collisa: viribus suis p̄cutitur: Ecclia minutatim per frustra discerpitur: et vineaz dñi sabaoth. vulpes que ab oriente procedunt. dicitur exterminant. Nam cum inimici n̄re fidei. cunctum pene orbem subiectum teneant: Extrema pars occidui nobis miseris relicta est. Eya ergo Reuerendissimi p̄s. propensius attendere dignemini: in quantas miseras sumus precipitati: In quantaq; necessitate: Romana versatur ecclia: que super electione pontificis fidei a vobis exposcit. Attendite quantum: et quā arduum vobis onus incumbit: Cum de creatione vicarij Ihesu xp̄i agitur: Qui successor est petri: Et summus gregis dñici ac totius ecclesie Rector: Quem scitis non solum vestrum et huius sedis aplice: Sed omnium ecclesiarum atq; pontificum esse primatem. Omni itaq; primatē affectionis inordinatiōe remota. misereamini omnium fidelium et ecclie collabentis. Et sola vtilitate publica mature pensata. puris ac liberis mentibus: nuda et integra conscientia. talem studeatis pontificem eligere: Qui habeat spiritum dei in semetipso: Et qui omnes actus vite sue didicerit in timore domini dirigere. Per quem misericors deus in diebus n̄ris expugnet impugnantes nos. munit fidem n̄ram: multiplicet deuotionem: indicat bellū vicium et pacem virtutibus. Nam ut ait beatus Gregorius. In eligēdi p̄tificis causa. nullū v̄m vtilitate cōmuni neglecta suo lucro p̄spiciat:

Pontifex

Ne si quis quod propria comoda appetat. friuola estimatione fallat: Quia nec libero iudicio preferendam sibi personam examinat mens: quia cupiditas ligat. Tanto igitur nunc a vobis subtiliter antequam eligatur. discutiendus est: Quanto postmodum a vobis non erit iudicandus: Sed ipse cunctos iudicabit. Nec illi vos legem imponere poteritis: quem timor dei et recta conscientia a malis operibus non reuocabunt. Ille namque pontifex eligendus est: qui ut beatus Jeronimus ait sit ex omnibus prestantior: Qui doctior: Qui sanctior: Qui in omni virtute sit eminentior. Qui testimoniū bone vite habeat ab hijs qui foris sunt: Qui non ambulet in magnis neque in mirabilibus superbiae: Qui modestiam seruet in honore tam sublimi: Qui ecclesiam in manibus laicorum prostituendam non exponat: Qui sentiat impositum sibi ministerium: Non datum dominium. Discat sese ex ore prophetico non tam ad impetrandum: quam ad fatigandum assumptum. Discat opus esse sarculo: non sceptro: pace non bello: virga correctionis: non gladio perditionis. Quoniam si verus Petri successor esse velit: cura potius hereditabit quam gloria et diuitias. Nam eum qui hereditatem christi gubernandam accepit: non conuenit torpere ocio: Non resolui delicijs: Non pompis aut vanitatibus insistere: Quia nihil horum sibi tabule testatoris assignant. Non blandiant sibi eminetia cathedre: que plena est laboris et vigiliarum: Nam ideo Romanus pontifex in eminenti loco super omnes constituitur: ut inde prospiciat vniuersa: et speculetur ad sollicitudinem omnium ecclesiarum: Hostiles incursums prouideat: ad gregis sibi commissi custodiam: Eleuos ac populos non recte viuētes: velud oves errantes: corripiat: Potestatus seculi ecclesie libertate opprimentes reprimat: et pastoralis auctoritate corberceat: Inde clamet sine fine: ac sine timore: et velut tuba euangelica pro lege domini nocem suam in omnem terram exaltet: et canonum censuram dum opus fuerit exerceat: Inde legatos ad gentes et regna suggerente necessitate transmittat: qui sedis apostolice vices impleant: Qui ab eo bonis exemplis et virtutibus instructi: Non questuosis facultatibus suffarcinati egrediantur: Qui ad extirpandum vicia: Non ad seminandum scandala proficiscantur. Erit inquit talis potius

fer: qui plus ecclesie prodesse studeat: quam preesse. Nam primatum honoris gratia concupiscere. vanitas est: Et gentiliū est. talem querere principatum. Unde bene Crisostomus ait. Principes ecclesie sunt: ut seruiant membris suis: et ministrēt eis: quecumque acceperint a christo: ut suas utilitates negligant: et illorum procurent: Et non recusent pro salute inferorum. Primatum ergo ecclesie concupiscere: neque iustum est: neque utile. Quis enim vult vltro se subijcere seruituti: ac piculo tali: ut det rationem pro omni ecclesia? Nisi forte qui non timet dei iudicium: abutens primatu ecclesiastico seculariter: ut illum conuertat in secularem. Erit propterea qui eligitur pontifex. iusticie cultor: et gratiarum cum discretionē distributor: pauperibus et oppressis benignus auxiliator: Sit in audientia facilis: Et in concedendo: non prodigus: sed prudens atque discretus. Non est autem Romano pontifici conueniens: ut de illorum sit numero: de quibus ait Crisostomus: Inter principes ecclesie multi sepius inueniuntur: qui omnes principatus mundi superbia excedere videntur: Accessu difficili: Et qui nullam affabilitatem maxime pauperibus adhibent: Sed velut in quodam arrogantie culmine positi: nesciunt quicquam inferre aut respondere modeste. Alios ut longe infra se positos. velut in yma respiciunt: Quibus non consulendo: Sed vix dominando loqui dignantur. Familiam quoque modestam et honestam: non inutilem atque prophetam Romanus pontifex debet secum habere: non per ambitionem inductam aut per alluionem aggregatam: Sed cum discretionē: et pro necessitate receptum: Quoniam ad magnam ipsius gloriam redundat: tales circa se iugiter habere: qui Romane curie sint honestatis speculum: et forma virtutum. Unde beatus Hieronimus ait. Inter mitratos. non decet discurrere calamistratos. Si bonus erit pontifex ac timens deum ardua queque: ut decet iuxta maiorum instituta: maturo ac sapientis sacri senatus vestri consilio et assensu tractabit. ex aminabit: atque concludet: Alioquin sine vobis: et pro libito disponet vniuersa. Ad conclusa vocabimini ut testes: non ut consultores. Cum bono pontifice simul et iura dignitatis vestre. vobis restituentur: Que qualiter amisistis: vos ipsi recogiteris. Ita quoque futuri

*Verax*  
pontificis incumbet officio: vt quicquid predecessoz facilitate: v  
q̄ reprobationi obnoxii: Aut corruptionis vel alienationis vsur  
patione presumpsum inuenerit: absq; personarum acceptione: pa  
storali studeat grauitate corrigere. Erit ipse verax in sermone: et  
constans in opere. Nam pontificis lingua nullius debet mēdacii  
p̄aminatione fedari. Eius quoq; s̄iua: vt Gregorius inquit: tan  
ta semper debet consilii moderatione concipi: tāta pacie tie matu  
ritate decoq;: tāta deliberatiōis grauitate p̄ferri: vt neciū postea  
nō sit eā: cū leuitatis notā mutare: p̄sequet̄ vicia: vtutes augebit  
Ḡeſitas vt Heliseus: Symoniacos vt Petrus: Fornicantes noi  
torios. vt Paulus: quoz operibus ecclie Romane laceratur auc  
toritas: pastoralī seueritate damnabit. Non edificabit Syon. i. ec  
clesiā in sanguinibus: Quoniam Petrus: non p̄ carnem et sangui  
nem: sed p̄ patrem celestem. filium dei cognouit. Propterea beat  
Jeronimus ait. Moyses amicus dei: cui facie ad faciem locut<sup>9</sup> est  
deus: potuit vtiq; successores principatus sui. filios suos facere: et  
p̄ posteris ppriam relinquere dignitatez: Sed extraneus de alia tri  
bu. Iesus eligitur: vt sciremus principatum in populos. nō sang  
uini deferendum esse: sed vite: Et subdit. At nunc cernimus plu  
rimos hanc rem b̄ficiū habere: vt non querant eos in ecclia co  
lumpnas erigere: quos plus cognoscunt ecclie p̄desse: Sed quos  
vel ipsi amant: vel quoz sunt obsequis deliniti: vel pro quib<sup>9</sup> ma  
iorum quispiam rogauerit: Et vt deteriora taceam: qui vt. clerici  
fierent inuneribus impetrarunt. Non desunt autem plurimi: qui  
ex hoc sedis aplice dignitatem impugnant: dicentes: q̄ ecclia edifi  
catur in sanguine: Quz prelati ex sanguine nascuntur: et ex vo  
luntate carnis generantur. Sanguis sanguinem inuocat: Et ca  
ro carni indicat maliciā. Hiis detractionibus obstruendis op<sup>9</sup>  
nobis esset tali pontifice: qui vt Rex Salem nec patrē: nec matrē:  
nec genealogiā haberet: aut inordinatā carnis affectionem. Fe  
lix certe ille pontifex erit: qui insultanti contra debitum caritatis  
sanguini. cum psalmista respondere poterit: Que vtilitas in s̄g  
uine meo: cum descendero in corruptionem. Si bonus erit ponti

fer. ad collegium vestrum: quando necessitas exegerit: modo ca  
nonico: et determinatis temporibus viros probos et graues assu  
ment: Expertos: non probandos: Meritos. non ambitiosos: vir  
tutibus et litteris diuites: non qui de pecuniarum habundantia  
gloriant̄. Alios quoq; prelatos: nō precipitāter: Sed matura mo  
rū et vite discussione p̄missa. pmouebit. Nec p̄tra doctrinā Apli. ci  
to. i. inconsiderate. promouendis manum imponet. Romanā cur  
riam facto: non inanibus verbis. reformare curabit: vt ex ea tan  
tus vanitatis: corruptionis: et carnalis immunditie fetor. procul  
abigatur. Nam ex hiis letale venenum conficit: quod fidelib<sup>9</sup> vi  
su. vel fama ppinatum: omnem in eis deuotionem religionis ex  
tingunt: Et ecclie Romane perimit auctoritatez. Paulatim hec vi  
cia primo: per quandam alluionem multoz animos occuparūt:  
Et interdum etiam vindicata fuerunt. At nunc illoz contagio:  
velut generalis pestilentia. totam curiam inuasit. Et corrupti m  
res: quos hec pessima: ac diuersa inter se mala luxuria atq; avarit  
tia gignunt: Curiam ipsam ab omni honestate dispoliarūt. Quz  
deterius est: et magis p̄niciosum. exemplo inueniuntur multi: qui  
bus non satis est: hec mala impune perpetrare: Nisi etiam: velut  
de pudicia ceterisq; virtutibus subuersis triumphantes. in ma  
lesactis publice glorientur. Olim dum boni mores in Romana cu  
ria colebantur: gradus ad dignitates et honores: non nisi per vir  
tutes et litteras. aperiebatur. At nunc. postq̄ inter bonos et malos  
nullum discrimen est: Et omnia virtutis premia. ambitio possi  
det: ac avaritia cunctas bonas artes subuertit: homines adigunt  
animum: vt malis artibus ad dignitates ascendant: Et talibus  
doctrinis imbuti. ad omnes libidines. facile se conferunt. Et ne  
mali mercatores fuisse videantur: quod multis nummis emerūt:  
carius ipsi aliis vendere laborant. Eligatur ergo pontifex: qui  
talia abhorreat. Et pastoralī sarculo radicem illorum extirpet.  
Ac curiam ita reformet: Ut vnde quondam sancte religionis ema  
nauit auctoritas: Inde morū et recte viuēdi prodeat disciplina.

Ipſam vero Curiam inutilium officioꝝ nouitate nõ angariabit: z que ſine rōne iducta ſūt: ac rei publice penitẽ? iutilia ſubmouebit. Nam Romanam curiam maiores noſtri paucis ac manifeſtis neceſſarioꝝ officialiũ taxatis p̄miſs. ſemp in libertate conſeruarũt. Et ſic eã tot tantisq; ſupinductis onerib?: nec puenit: nec expedit aggruari. Lõgeq; melius ac vtilius eſt. vt onera p̄ſueta ſpõte ferãt: q̄p ſi aggruato nimis p̄dere: tota ſimul ſarcina deponãt ad terrã. Generale cõcilium: velut quandam immanem beluam bonus pontifex non effugiet: ſed conuocabit: Nam ad recuperandã ecclie libertatẽ hoc vnicũ ſulubze remediũ nobis relictũ eſt. Que enim maior eſſe poteſt Romano pontifici gloria: q̄p generali concilio preſidere. ad reſormandam vniuerſalem eccliam: Qui autez aliter viuunt z regunt: q̄p honeſtatis z iuſticie ratio dicat. generalia concilia abhorreꝝ conſueuerunt.

**S**ũper eſt tandem Reuerendiſſimi patres: vt ego pro tẽporis qualitate ſinem dicendi faciaꝝ: Et vos que de optimo pontifice creando audiuiſtis: cooperante ſpiritu ſancto. opere cõpleatis: Ac electiõis ſancte miniſteriũ: quod apud vos ecclia Romana depoſuit: ei reſolcenti cum omni fidelitate perſoluatis. Et poſtpoſitis cuiuſlibet p̄auitatis ſtudijs: obieẽ ſpiritu ſancto nõ opponatis. Et ſi forſan aliquis corruptionis ſpiritus: corda v̄ra temptauerit: Eo repulſo. magna voce cũ Petro clametis: Pecunia tua tecum ſit in perditiõẽ. quia exiſtimãſti donũ dei pecunia poſſidere: vt inſuperabili peccato reiecto: ecclia dei incontaminata ſeruetur: Et vos diuinum quod non fallitur iudiciũ: ac eterne dãnationis interitum euiteris. Deus autem noſter per viſcera miſericordie ſue: ſicut facit in ſublimibus concordiam: Ita vos faciat in bene eligendo ſua pietate cõcordes: vt populus xp̄ianus merito gaudere poſſit: viduatã eccliaz: dignis ac fidelib? miniſtris fuiſe creditã. Quoꝝ miniſterio. ſponſum optimũ conſequãt. Amen.

¶ Finis.